

autem hæc *comminatio* quadrifariam (1) Repetitione, quæ κατὰ Τρι-  
 μωσὴν non una sed tergemina vice, ut vs. 16. 17. 22. *comminatio*  
 isthæc inculcatur; ut eò profundius penetret in animos audito-  
 rum; (2) Comparatione secururarum calamitatum cum iis, quæ  
 jam circa Urbis expugnationem præcesserant. Ubi monemur de  
 usu Exemplorum Scripturæ, de quo Tertullianus: *Fides futurorum*  
*certa est ex præcedentibus.* Et Augustinus l. 22. de C. D. c. 3. *Venerunt hæc*  
*quod, sicut ista venerunt.* (3) Solemni ac religiosa contestatione ad  
 populum per ἀποστροφὴν παθητικὴν. (4) Recordatione religiosæ  
 sponsonis obedientiæ, de qua modo vs. 5. & 6. cui si non respon-  
 derint, futurum ut pœnis illis cardinalibus pereant in Ægypto.

*Explicatio dubie Quæstionis.*

Moveri hîc potest Quæstio; Cur tantoperè Dominus per  
 Prophetam dissuadeat reliquiis Judæorum profectioem in Ægy-  
 ptum. Sed facilis & expedita est responsio, quod illud factum, ne  
 assuescant Idololatriæ, cui Ægyptii præ reliquis populis maximè de-  
 diti. Unde facile colligi potest, quod profectioes nostrorum  
 hominum in Galliam & Italiam potius dissuadendæ quàm sva-  
 dendæ.

Ἀξιωματικόν ὄντα.

1. τὰ λεξικά.

1. Metaphora in verbis ædificandi & plantandi. 2. DEO  
 tribuitur pœnitentia per ἀνθρώποπαθῆαι. 3. Tres pœnæ Cardi-  
 nales.

2. τὰ γλωσσικά.

Observerentur maximè vs. 5. & 10.

3. τὰ Διηγησιακά.

Potest capitis Explanatio absolvi unâ concione.

## CAPUT XLIII.

*Nexus.*

**I**N præcedente capite dissuasit Propheta profectioem in Ægy-  
 ptum: In hoc contrarium dissuasioni effectum & eventum ex-  
 ponit.

*Argu-*